



Misc. 6<sup>me</sup>

cat. 1, 63.





Q. D. B. V  
DISSERTATIO II.

**OBSERVATIONVM  
CRITICO-PASSIONALIVM  
SYNEDRIA**

QVAE DIEBVS SERVATORIS EXTITERVNT  
EX ANTIQVITATE MAXIME IVDAICA ET  
FORMVLIS VETERVM IN PRIMIS HEBRAEORVM  
SIGILLATIM EXAMINANS

QVAM  
INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE  
INDVLTV

IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA  
DIE AVG. M. DCC. XX.

PLACIDAE ERVDITORVM συζητήσεις

SVMITTIT

PRAESES

**SAMVEL FRIDER. BVCHERVS**

AA. ET PHIL. MAG.

ET

RESPONDENS

**SIGISMVND. TOBIAS Herold**

SCHOENBERG. LVSAT. SS. TH. STVD.

VITEMBERGAE

LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, ACAD. TYP.





OPUS  
CRITICUM  
SYNOPSIS  
EX AMPLISSIMO  
CORPUS

IN  
SACRIS  
SACRILEGII  
SACRILEGII

SI  
SACRILEGII  
SACRILEGII





I. II.

CAPVT II.

DE

SYNEDRIIS SIGILLATIM TEMPORE

NEMPE CHRISTI SPECTATIS

§. I.



empore praesertim Christi constabat Synedrium ex summis Sacerdotibus, Scribis & Senioribus populi, quibuscum *Iohannes, cap. 11. 47.* Pharisaeos connumerat, qui sectam constituiebant Iudaeos inter non ignotam. *Maimon. Hal. Sanhedr. c. 11. §. 1.* אין מעמירין בסנהדרין אלה כהנים לויים לכהונתם: *Non constituebant in Synedriis, nisi Sacerdotes, Leuitas & Israëlitas genere nobilissimos, quorum filiae Sacerdotibus legitime possent copulari.* Praemittimus Pharisaeos, quorum nomen aliqui deriuant a פּרש, *expandere*, uel propter *extensionem & dilationem Phylacteriorum*, uel propter *ostentationem bonorum operum*; Quidam a פּרש, *explanare, exponere*, quasi dicas illos explanatores legis accuratissimos, exegetas κατ' ἐξοχήν. Alii notionem ducunt eadem ab radice פּרש, sed significatione praesertim Piel, *diuidere, separare*, ut fuerint quasi ἀφωρισμένοι, *Separatistae*, quam ad sententiam & nos accedimus. Nam פּרושין, Syriace ܦܪܘܫܝܢ, erant Separatistae, ἀφωρισμένοι εἰς νόμον & παραδοσιν τῶν πατέρων, quo respicit fortasse Paulus, *Rom. 1. 1.* Drusio & Goodwino id affirmantibus. Sicut enim Apostolus antea fuerat κατὰ τὴν ἀκριβοῦσά τιν ἀρεσὶν Φαρισαῖος, id est, ἀφωρισμένος εἰς νόμον; Ita iam conuersus fieri coepit ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Ἰησοῦ, ad quod ab utero seiunctus fuerat. Sic nobiscum, quod uocis etymon spectat, sentiunt *Auctor Lex. Aruch & Elias in Thibi, Buxt. Lex. Talm. p. 1851. Menoch. de R. H. l. 3. c. 15. Q. 1. p. 316. Lightf. ad Mt. 3. 7. p. 229. Hotting. Thes. Phil. l. 1. c. 1. f. 5. p. 25. Lund. Jüd. Heiligth. p. 789. Goodwin. Mosf. & Aar. p. 175.* & plures alii.

A

§. 2.



§. 2. Circa sectae originem diuersi diuersimode sentiunt. Ioseph. l. 13. Antiq. c. 9. tres Iudaeorum sectas, Pharisaeos, Sadducaeos, Essaeos iam Maccabaeorum aetate floruisse, auctor est. Hieronymus & Drusus infantiam Pharisaeorum in Hillelis & Samai aeuum reiciunt. Quistorp. & Friedlieb class. 1. ad 1. Maccab. 2. 42 Buxt. Not. ad libr. Cosri P. 3. §. 22. Spanhem. Dubb. Euang. 28. thes. 2. P. 3. Goodw. l. c. l. i. c. 9. Scaliger Elench. Trihaer. c. 22. sqq. ab Hasidaeis ortos uolunt, ubi Scaliger prae ceteris nostram incurrit censuram, quando Hasidaeos pro fraternitate, aut collegio piorum uenditac hominum, qui assiduis se legum obseruationibus dedissent, idcirco cum emphasi חסידים, Sancti, κατ' ἐξοχήν adpellati, a qua sententia non abludunt Pontificii Hasidaeos cum Religiosis, aut Monachis, connumerantes. Eleganter & satis bene Casaubon. contra Baron. Exerc. 1. num. 9 p. 50. omnes promiscue Iudaeos in ueritate semel agnita perseuerantes dicit חסידים, distinctos ab illis, qui Baalim genua flecterent. Pius enim omni aeuo διαπιστωμένον ἐνοικα diuinitus fuit concessum. Ante diluuium filii Dei, (cum impii contra filii hominum dicerentur,) post illud tempus iusti, pii, Israelitae, חסידים, Sancti, die Frommen, oder die Gläubigen, uocati sunt. Vid. 1. Maccab. 2. 42. VII. 12. 2. Maccab. 14. 6. Ego, quod originem attinet, quantum iudicare possim, neutri sententiae subscribendum censeo. Natiuitatis enim dies incompertus est. Potest, ut ante, potest etiam, ut post Maccabaeos efflorescere coeperint. Non uno die, aut per annum, confecti, nec tantum statim in numerum, quantum Seruatoris uidit aetas, accreuerunt. Successiue iustam ad aetatem, aequam ad staturam peruenerunt, traditionibus eorum indies auctis. Error errorem peperit. Ut scintillula in flammam, ita opinio tandem in haeresin erumpit.

§. 3. Separatistas, ἀποκριμένους, Pharisaeos dixeris, partim qua terminum, ut in scholis aiunt, a quo, partim qua terminum ad quem. Quoad terminum a quo, separabant se  
 1.) a per-





1.) a personis, tam Sadducæis, quam hominibus plebeis. Hos contemptui habebant, illos auersabantur: Hos abiecte perfastum, ex superstitiosa nimiae sanctitatis persuasione, uocabant **הארר עם**, *populum terrae, ὄχλον, turbam, λοιπὸς τῶν ἀθρόων*, Luc. 18. 11. uel, ut ciues quandoque inflati Germanorum Paganos, aut Nobiles plebeios abiecte adpellant, das Land-Volck, gemeine Volck, **כור**, *plebem rudem*, quae legem non norit & **ἐπιμαθήσεται** sit. Vid. Maimon. ad Pirke Auoth c. V. 7. Wagenfeil, Sota Exc. Gem. c. 3. §. 8. 2. Lightfoot. Op. T. H. p. 271. Cum primis publicanos & peccatores auersabantur, illicitumque putabant, edere cum illis, Matth. IX. 11. Luc. VII. 39. tam stolidi, ut eorum attactum fugerent, ne profanarentur. Goodwin. l. c. p. 192. & Pfeiffer. Antiq. Hebr. p. 105. 2.) Separabant se ab rebus, utpote ab habitu & cultu hominum, in ipsis uestibus nimiam sanctitatem affectantes. Vnde Christus eorum damnat Phylacteria, Matth. 23. 5. Tum ab rebus singulis in traditionibus uetitis, quibus homo, ut Pharisaeus existimabat, immundari posset. Vid. praeter Maimonidem & Mos. Cotzensem, Ios. Karo in Schulchan Aruch, R. Iacob Abendana, Spicil. ad Michlal Iophi in cap. 13. Exod. Paulus Fagius ad Targ. Ex. 13. Fuller. Misc. l. 5. c. 7. Dan. Heimsius, Exerc. Sacr. l. 2. c. 7. Chr. Cartwrightus, Elect. in Exod. p. 152. 156. seq. Walaeus, Comm. Eu. p. 251. Lightfoot. Hor. Hebr. p. 244. Pfeiffer. in Antiq. Hebr. c. XI. p. 79. seqq.

§. 4. Terminum ad quem quod spectat, seiungebant se 1.) ad meditationem legis, praesertim oralis, uerbi non scripti, **παράδοξων τῶν πατέρων**, diligentissimam & accuratissimam. Vnde Paulo est *ἡ αἰρεσιβες ἀτη ἀίρεσις*, haeresis accuratissima, Syro **ܦܘܪܘܢܐ ܕܥܘܠܐ**, Secta praecipua, & ut habet Arabs, **تعليم القرى بسببهم الغايه**, disciplina Pharisaeorum illa excellentior. Vid. Selden. de Iur. N. & G. l. 1. c. 2. p. 31. Statuta maiorum mordicus tenebant. Scripturam S. legem & **ספר**, *librum*, **ἀπλῶς** uocabant, **הורה שכתב**, *legem scriptam, ἑγγράφον*; Traditiones, uero seu



uerbum ἀγραφοῦν, νόμον παλαιοπαράδοτον, תורה שבכל פה, legem, quam Dominus ore tradiderit Mofi in monte Sinai, tanquam κατήχησις & perpetuum legis scriptae commentarium, Moses Iosuae, hic Senioribus, Seniores Prophetis, Prophetae uiris Synagogae M. illi posteris, quam fabulam copiosius recenset Moses Cotzenfis in Praef. lib. Praecept. Vno uerbo : Quod Papicolis uerbum non scriptum, id Pharisaeorum תורה שבכל פה, seu παραδοσις, quam Iudaei parili modo etiam nunc, ut Papicolae uerbum ἀγραφοῦν, Scripturae S. siue Verbo scripto, praeferunt. Deplorandus uero est Ecclesiae status, quando aliqui, Christiani nomen prae se ferentes, insurgunt, qui, puram aliquam Cabbalam & uerbum non scriptum orale admittentes, uarios excogitant ritus, & cum araneis uenenum ex floribus sugentes, monstra opinionum generant, quod faciunt praefertim illi, quibus uisum, caudas Samsonis fuisse strophas stramineas, maxillas asini, quibus Simfon percussit Philistaeos, instrumentum esse bellicum nomine proprio sic adpellatum, Ionam omnia uidisse in imagine per somnium, diuersorii Niniuitici illius nomen fuisse zum Wallfische, filiarum Sacerdotum non nisi imaginem crematam, iidem effigiem saltim Pauli lapidibus obrutam, more nostra aetate non infrequenti, Baptisimum initiationis Sacramentum apud Israëlitas iam ad montem Sinai adhibitum, & quae sunt entia rationis id genus alia, quae sana omnino Antiquitas ignorat. 2.) Pharisei separabant se ad sanctimoniam religiosioris uitae exactissimam, ultra uulgarem hominum sortem ascendentem. Hinc ille : O Deus! ago tibi gratias, quod non sum, ὡς περ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, Luc. 18. 11. Vnde maiorum statuta sancte seruantes cauebant, ne aliquo modo offenderent, aut polluerentur. Mira habet hanc in rem Maimonid. Tract. שומעין אוכלים, c. 16. §. ult. אעפ" שמותר לאכל אוכלין טמאין ולשתות עשקים. טמאין חסידים הראשונים היו אוכלין חולין כמותר ונוהרין מן הטמאין כולך כל ומיהם והו' הנקראים פרושים ודבר זה קרושה יתורה הינה ודרך חסידות



חסירות שיהיה נכרל אדם ופורש משאר העם ולא יגע בהם ולא יאכל וישתה עמם שהפרישות מביאה לירי טהרת הגוף ממעשים הרעים וטהרת הגוף מביאה לירי קרובת הנפש מן הרעות הרעות וקדשת הנפש גורמת להרמו בשכינה שנ' והתקדשתה והייתם וקרובים בו Licet licitum sit, & cibos immundos comedere, atque humores immundos bibere, attamen prisci Assidaei cibum communem in puritate comedebant, & toto uitae tempore sibi ab omnibus immunditiebus cauebant: Hi adpellantur Pharisei: Id quod diximus, sanctitas excelens est & pientissima uiuendi ratio, ut homo se separet ab reliquo populo, neque illum tangat, uel edat, aut bibat una. Etenim si quis ita se separat, facit, ut corpus suum a malis actionibus purgatum sit. Corporis autem mundities causatur sanctitatem animae a prauis opinionibus. Sanctitas uero animae nos DEO similes reddit, sicut scriptum est Leu. 20. 7. 8. Sanctificate uos & sancti estote, quia ego Iehoua, qui sanctificaui uos. En egregium Theologum! Notabile ieiunium, ex communi sententia, Phariseis per Septimanam bis, die Lunae & Iouis, solemne, quia nempe Luc. 18. 12. Phariseus dicitur bis ieiunasse. Sed exemplum non statim facit regulam. Ab indiuiduo & a particulari ad uniuersale non ualet confectio. Contrarium apparet ex Matth. 9. 14. ubi Pharisei πὸ δὲ αὐτῶν ἐπέκειντο inducuntur. Quilibet, quantum quidem ego iudicare possum, ieiunia eligendi facultatem habuit, leuique saepius de causa arbitraria sibi praescripsit. Inter Traditiones eorum eminebat LOTIO. Eluebant enim pocula, sextarios, aeramenta & lectos, Marc. VII. 4. Vid. Goodw. l. c. p. 190. & Pfeiffer. Antiq. Hebr. p. 105. LOTIO praesertim MANVVM notabilis, quae fiebat πύργη Marc. 7. 3. crebro, ut uertunt passim, uel accuratius, diligenter, iuxta Syrum אַמְלִיטָא, uel σπῆδος. Vtebantur enim accuratissima lauandi methodo, per παραδόσων πρὸς βυτίεζων accepta, quam נטילת ידים, eleuationem manuum, adpellabant, a Goodwino, aliisque descriptam. Non capiebant cibum χερσὶν ἀνέτοις, Matth.



*Matth. 15. 2.* Confueuerunt βαπτίζεσθαι πρὸς τὴν ἀγίαν, se la-  
 uare ante prandium, *Luc. 11. 38.* Precatio, qua in lotionem  
 utebantur, haec erat : ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם  
 : ברוך אתה יי אלהינו אשר קרשנו במצותיו על נטילת ידים :  
*Benedictus sis Domine, Deus noster, rex seculi, qui sanctificasti nos prae-*  
*ceptis tuis, atque iussisti nos eleuationem manuum.* Redeuntes  
 e foro manus lauabant, *Marc. 7. 4.* Dilatabant quoque Phy-  
 lacteria, seu Tephillin, de quibus, praeter auctores antea  
 citatos, uid. *Maimon. Tract. de Tephillin.* Inter illorum dog-  
 mata praecipua notatur μετεμψύχως in uulgus nota Py-  
 thagorea. In eo tamen ab Ethnicorum placitis recefferunt,  
 quod, piorum tantum animas, ab excessu statim, aliorum in  
 corpora transmigrare, Pharisei crederent. Vid. *Ioseph. l. 2.*  
*de B. I. c. 7. p. 788.* μετεμψύχως illam Talmudici uocant  
 סוד הגלגול, *mysterium reuolutionis*, dum miseri & coeci  
 illi homines, אדם, Adamo, Dauidi, Messiae, per & propter  
 hoc reuolutionis mysterium, unam, eandemque animam fuisse,  
 sibi persuasum habent. Error meo iudicio exinde sub-  
 natus est, quod locum de Spiritu Eliae dupliciter in Eli-  
 sam superueniente non recte interpretati sunt. Quapropter,  
 quo iure, iudicent alii, Iudaeos *Matth. 16. 14.* pronuntiasse  
 hoc argumento, atque illa persuasione seductos, CHRIS-  
 TVM esse Iohannem Baptistam, aut Eliam, aut Ieremiam,  
 aut unum ex Prophetis, non pauci arbitrantur. Vid. *Hottinger.*  
*in Not. ad Goodwin. l. c. p. 180.* Ceterum ob sanctitatem,  
 quam affectabant, nimiam, & legis notitiam, suo ipso-  
 rummet iudicio non uulgarem, maximo apud quosuis in  
 honore habebantur. Hoc ex capite multi eorum Synedrii  
 Assesores constituti sunt, unde Iohannes, quando Synedros  
 inducit, Phariseos auocat, cum plurimi Collegae ad sectam  
 se haud dubie Pharisaicam adplicauerant. Vid. *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Ioh. 9. 13.*  
 De Phariseorum ἀσρογία, quam doctrinaliter, ut in scholis loqui-  
 mur, exercebant, id est, de cathedra publice defendebant,  
 & realiter, quando, rebus & facultatibus gazophylacio de-  
 uotis,



uotis, egentes, ne parentibus quidem exceptis, hoc sancti-  
 moniae praetextu & deuotionis larua, abigebant, cum dice-  
 rent hypocritas, diuitias suas esse קורבן, res Deo oblatas,  
 δόρον sacris uisibus destinatum, *Matth. 15. 5.* Vid. *Pfeiffer*  
*Dubb. Vex. p. 91.* *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Matth. 15. 5. p. 368.*  
*Pokok. ad Portam Mosis c. 9. p. 411. & Hotting. Thesaur. Phil.*  
*l. 1. c. 1. f. 5. p. 31.*

§. 5. Scribae nomen officii, non sectae, competit uel  
 puris Laicis, uel hominibus ecclesiasticis. Inter Laicos  
 γενικῶς scribae dicuntur in Antiquitate Iudaica, qui pueros  
 instituunt, εἰδικῶς publici Notarii, Secretarii, Aduocati,  
 γραμματεῖς βασιλέως, *2. Reg. 12. 10.* item כתובין סנהדרין, scri-  
 bae forenses, uel Synedriorum, qui uota collecta calamo ex-  
 cipiebant sedentes, a dextra alter, alter a sinistra, de quibus,  
 praeter Talmudicos, uid. *Bertram. de Rep. Iud. p. 381. seq. &*  
*Hotting. Thes. Phil. l. 1. c. 1. p. 64.* Ecclesiastici, γραμμα-  
 τεῖς τῶ νόμου, τῶ λαῶ, νομικοί, νομοδιδάσκαλοι, simpliciter Scri-  
 bae & cum emphasi, codices describebant, pericopen prae-  
 legebant, legem, praelecto textu, explicabant, sedentes in  
 cathedra Mosis & habentes clauis scientiae, quas acceper-  
 ant manu promotoris sui, cum Doctoratum inirent. Vid.  
*Esr. 7. 6. Luc. 7. 30. Matth. 7. 28. 29. Marc. 1. 22. Marc. 12. 35.*  
 Isti, quorum fit in Passionis historia mentio, citra dubium fue-  
 runt Ecclesiastici, hoc est, publici Ecclesiae Doctores, quorum  
 functio primaria, explicare τὰς γραφάς; Vnde νομοδιδάσκαλοι  
 dicti sunt. Certos inter illos ordines floruisse & gradus,  
 nemo uocabit in dubium, sed hanc graduum differentiam per  
 uoces γραμματεῖς τῶ νόμου, νομοδιδασκάλους, νομικούς significari,  
 negandum puto, quia promiscue usurpantur apud Scripto-  
 res S. modo pro scriba primi, modo secundi ordinis, at-  
 que sic amplius, sine ordinis discrimine, prouti terminus  
 nunc κατ' ἐξοχήν & sensu strictiori, nunc γενικῶς & sensu la-  
 xiori capitur. *Bynaeus de M. C. l. 1. c. 2. p. 98.* γραμμα-  
 τεὺς in sacris peritum legis & Doctorem significat, *Matth.*  
*7. 29. XVII. 10. XIII. 52. XXIII. 34.* Vnde νομοδιδάσκαλοι,  
 legis



legis Doctores, νομικοί, legis periti. Marc. 12. 28. γραμματεὺς habet, Mt. 22. 35. diferte νομικὸς, id quod facit quoque *Syrabs*, ideoque, uoces has ἰσοδυναμῶς esse, constat. Quare *Syrus* τὸν νομικὸν uertit נרמס, γραμματέα, & Mt. 22. 35. peritium legis, qui intelligit legem. Vnde *Theophyl.* in Luc. 11. Νομικοὶ γραμματεῖς ἦσαν, καὶ διδάσκαλοι τοῖς βελομένοις, τὰ τῶ νόμῳ ζητήματα λύοντες; *Legisperiti scribae erant & Doctores eorum, qui uolebant, legis quaestiones soluentes.* Vid. *Iac. Lydius* in *Flor. Spars.* ad *Pass.* de *Scribis*.

§. 6. Praeter hos Euangelistae in Synedrium collocant ἀρχιερέας, principes Sacerdotum, & ἀρχιερέα, principem Sacerdotem, Caiapham. Cum non nisi unus esset Pontifex M. quinam illi ἀρχιερεῖς, seu principes Sacerdotes, in controuersiam uenit. *Chryf.* in *Matth. Homil.* 79. *Theophyl.* in *Matth.* 26. 3. *Ioach. Camer.* ad *l. c.* *Dau. Paraeus* ad *l. c.* alii intelligunt per ἀρχιερέας Pontifices maximos, dignitatem olim qui gesserant, quoniam Pontificatus tunc temporis non perpetuus, sed annuus factus erat. *Gerhard. Harm.* *Euang.* c. 150. *Spanhem.* *Dubb. Euang.* 37. P. II. & *Vossius*, *Harm. Euang.* l. 1. c. 2. interpretantur capita familiarum sacerdotalium, uel colluuiem illam Sacerdotum per ambitum & largitiones ad Pontificatum grafantium. *Anton. Bynaeus* de *M. C. L.* 1. c. 2. p. 97. omnes esse ex genere pontificali, putat, id est, ex ea familia, quae in dignitatem Pontificis M. sanguinis proximitate uicinius succedendi ius habebat, quomodo legatur *Act.* 4. 6. ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικῆς, & quotquot erant ex genere pontificali. Atenim uero, γένος ἀρχιερατικῶν significare familiam illam, unde constat? Vox igitur ἀρχιερέως, sicut aliae multae, πολήσου est. 1.) Sumitur κατ' ἔξοχην, sensu strictissimo & prorsus singulari eminentissimo, quo SOLI CHRISTO tribuitur, Sacerdoti Summo, aeterno & ἀναμαρτήτῳ, qui cum emphasi dicitur τοῦτ' ὅσι, ἄκαυ, ἀμίαντ, κεραισμέν, ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν καὶ ὑψηλότερος τῶν ἀερανῶν γένουσι, *Ebr.* 7. 26. 2.) sensu strictiori & eminente, id est, quo soli Pontifici M. competeat, qui erat מררס כהן, *magnus*, aut



aut *summus Sacerdos*, הכהן הראש, *Sacerdos caput*, s. *princeps & caput Sacerdotum*, ἱερεὺς κατ' ἐξοχήν, ἱερεὺς, sed cum addita emphasi ὁ μέγας, ἀρχιερεὺς praegnanter & ἀρχιερεὺς μέγας. 3.) *sensu laxiori*, quando tribuebatur quoque capitibus, seu praefectis ordinum Sacerdotalium a Dauide institutorum & Salomone confirmatorum. Huc pertinent item capita, seu praefecti in Templo, proximus a Sacerdote summo, Vicarius, כהן משנה, *Sacerdos secundus*, Talmudicis סגן dictus, qualis erat Hannas, postmodum duo insignes קתולין, siue קתוליקין, quasi καθολικοί, adpellati, & praeter reliquos ראש המשמר, *caput uigiliarum*, & praefectus Templi in dirigendis uigiliis. Hac obseruatione igitur praemissa, per Sacerdotem M. Caiapham, ἀρχιερέα, sensu strictiori ac eminente intelligi caput omnium Sacerdotum, Pontificem maximum; Per principes autem Sacerdotum, ἀρχιερέας, sensu laxiori capita, seu praefectos ordinum Sacerdotalium, iuxta *Camer. ad Mt. 2. 4. p. 1.* non tantum illos, qui membra erant Synedrii, uerum reliquos omnes simul, qui inter Sacerdotes eminebant, ad planum perductum est. Supra audiuius, Sacerdotibus proprium aliquem fuisse confessum & concilium. Potest igitur, ut, cum casus ille tragicus esset prorsus extraordinarius, omnes ad unum Sacerdotes praecipui, immo illi quoque, qui Sacerdotis M. dignitatem aliquamdiu gesserant, in re tam ardua & maximi momenti turmatim confluerint, eum in finem, ut per confratres suos, qui ex Ordine Sanhedrin simul erant, ad Senatum illud, de quo agebant, more tum usitato, deferrent. Vid. *Lightfoot. Hor. Hebr. in Matth. 2. 4. & ad Matth. 26. 3. in de Ministr. Templi, c. V. Petr. Cunaeus de R. H. l. II. c. 6. Bertram. de Rep. Iud. c. 18. Beza ad Matth. 2. 4. Ant. Bynaeus de M. C. l. 1. c. 2. p. 92. alii.*

§. 7. Postremum Assessoribus accensentur πρεσβύτεροι τῶ λαῶ, *Seniores populi*, hoc est, omnes illi, qui eximia apud populum auctoritate & honore uigebant, certis ordinibus praepositi, quomodo nos Collegiis Seniores constituimus,



qui mos omnibus hodie ferme gentibus in usu. Tales etiam ex Iethronis consilio Israëlitis erant, *Exod. 18. 21.* postmodum in Synedrium recepti. Sed diu ante Iethronis tempora Seniores extiterunt. Patriarchae familiis praefecerunt Seniores, *Gen. 24. 2.* Dixit Abraham ad Seruum, Seniore[m] domus suae, qui praerat omnibus, quae illi erant. Fontes habent: אל עברו זקן ביתו המושל בכל אשר לו, *Graeci* uertunt: τῶ πατρὶ ἀυτῶ τῶ ἀρχόντι πάντων τῶν αὐτοῦ. Erat igitur princeps & praefectus, propterea[que] salutatur זקן, quod nomen tunc erat praefectorum, uide *Targ. Hieros. : שרבו שליטא רהוה שלית בכל מה דידיה: Seruo suo principali, qui omnibus, qui ei erant, praeficiebatur ut gubernator.* Sic Iosephus descendit ad sepeliendum patrem cum זקני ביתו, *senioribus domus suae, Gen. 50. 7.* Seniores Israëlitis in Aegypto praefuerunt, *Exod. 3. 16. & 18. IV. 29. XII. 21. XVII. 5. 6.* Philo de *Vita Mosis l. 1.* uocat ἀρχόντας ἢ ἑταίρους. Similiter post exitum ex Aegypto tales erant illi, *Exod. 18. 21.* quos commendat Deus Mosi, *Num. 11. 16. 24.* ut in Synedrium cooptarentur. Exinde Synedrium הכימא שוכעין, 70 Sapientum & 70 Seniorum Synodus appellatur. *Targ. Hieros. Num. 21. 18. it. Deut. 31. 9.* זקני ואל כל ושראל LXX. ἢ τοῖς πρεσβυτέροις υἱῶν Ἰσραήλ. Ex quibus singulis, sapientia & dignitate excellentes Orientalibus, praefertim Hebraeis, nomine Senioris uenisse, manifestum est. Vid. *Exod. 19. 7.* ubi *Paraphr. Hieros. להכימא ישראל, Senioribus Israel, Leu. 19. 32.* Honora זקני ושראל, uultum Senioris, ubi *Onkelos* כבודו ותרדר תקום כבודו ושראל, *Coram eo, qui doctus est in lege, surgas, & honora faciem Presbyteri.* Talmudici de honorandis Sapientibus legem, quam ex instituto explicant, inscribunt מצות הכימא: *Praeceptum de honore Sapientibus exhibendo; &, Seniores non se annis, sed doctrina & prudentia, metiri, fatentur, וזקני ושראל, etiamsi iuuenis sit, modo sapiens. Maimon. Tit. Talm. Tora c. 6. & Selden. de Syn. V. H. l. 1. c. 14. p. 385. sqq.* Titulus ille aliis etiam gentibus usu



ufu receptus est. Aegyptorum mentio iam injecta. Parili  
 notione nomen illud competit, Num. 22. 4. 7. 8. קני מרני,  
*Senioribus Midianitarum*, קני מרני, *Senioribus Moabita-*  
*rum* &c. Carthaginensibus & Graecis erant γέροντες, *Seniores*,  
 (αἰετὸς μᾶλλον ἢ καὶ ἡλικίαν, *Aristot. Polit. 2. c. 9.*) ab quibus  
 Suffetes apud Poenos, qui tanquam consules & iudices gu-  
 bernarent, ueniunt. *Liuius l. 28. c. 37. l. 34. c. 60.* Vocem il-  
 lam interpretes passim ex Hebraeorum מַשְׁפֵּט deducunt.  
*Seldenus uero de Synedr. p. 409.* cum *Scaligero in Festi Verbo*  
 τὸ Sufes deriuat a מַשְׁפֵּט, *Tzusse*, siue *Susse*, Speculator, E-  
 phorus, Episcopus, Epopta, seu ut Graeci τ. *Sam. 14.*  
*16. 2. Sam. 13. 34.* &c. transferunt σκοπέω, Speculator.  
 Praeceptum, quod *Leu. 19. 32.* de honore Presbyteris exhi-  
 bendo extat, Graecis quoque more receptum est. *Plato de*  
*Rep. l. 4. Xenoph. in Memor. l. 2.* καὶ γὰρ ὁδῶ παραχωρήσας  
 τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοις πανταχῶ νομίζεαι, καὶ  
 καθήμενον ὀπασαῖσθαι καὶ -- *Vfus obtinuit*, (inquit ille Plato,) *ut*  
*iuuor Seniori occurrenti ubique de uia cedat, & sedens*  
*assurgat.* De Laced. testis est *Herodot. l. 2. 80.* Λακεδαιμόνιοι,  
 οἱ νεώτεροι ὠπείων τοῖσι πρεσβυτέροισι συντυγχάνοντες εἴκισι τῆς  
 ὁδῆ καὶ -- ; *Lacedaemonii, minores (pro more) maioribus*  
*nati obuii cedunt uia ac descedunt, aduenientibusque e sedili*  
*surgunt.* *Aliano, Hist. Animal. l. 6. c. 61.* praeeptum il-  
 lud maximo habetur in pretio, quando in laudem illius sic  
 erumpit; Λυκῆργῳ ἡ ἐνομοθέτης νόμον Φιλανθρωπώτατον,  
 ὡς ἐγὼ αἰμα, νόμων, θάκων καὶ τῶ ὁδῶν ἀφίστασθαι τοῖς πρεσβυ-  
 τέροισι τὰς νεωτέροις : *Ex omnibus legibus humanissimam iudico,*  
*qua Lycurgus praecipit, Senioribus minores tum de sedibus,*  
*tum de uia decedere &c.* Adicit *Dougtaeus, Anal. S. P. I.*  
*Excurs. 49. p. 85.* *Atque hinc Homerus denique, non sine re-*  
*spectu omnino habito ad morem huiusmodi inter homines so-*  
*lemniter obseruatum, Deos reliquos quocumque sub occursum*  
*Iouis illico consurgentes inducit;*

--- Θεοὶ ἅμα πάντες ἀνίσταν  
 ἐξ ἑδέων σφῶ πατρὸς ἐναντίον, ἔδῃ τις ἔτλη  
 μέλαινα ὑπερχόμενον, ἀλλ' ἀντίοι ἔσαν ἅπαντες.



- - - Dii uero simul omnes surrexerunt

E sedibus sui patris in occursum, neque aliquis sustinuit  
Expectare uenientem, sed obuii steterunt omnes. Iliad. 1.

Illud apprime tenendum, Graecorum πρεσβυτέρους κ̄ γέροντας  
esse ἐπίμους κ̄ ἀεισητας. Optimates, Seniores aequae atque apud  
Hebraeos olim עֲבָדִים. Homer. in Achillis Scuto, Iliad. 6. & β. & c.

- - - οἱ δὲ γέροντες,

ἔιατ' ἐπὶ ξησοῖσι λίθοις ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ.

Seniores autem sedebant in politis lapidibus, sacro in circulo,  
ubi Scholiastes Eustath. ad Iliad β. p. 167. οἱ παλαοὶ παρ  
Ομήρῳ τὰς λέγεσθαι, qui χρόνον μὲν ἐκ ἦσαν γέροντες, ἀλλ' ὡς  
μὲν οἱ ὡς ἐντιμοὶ μετὰ τῶν γερόντων κατελέγοντο; Tempore, seu  
aetate, non erant Seniores, sed, quia ex honoratoribus essent,  
cum Senioribus recensentur. Eodem sensu Maeonius uates,  
Il. γ. uocem δημογέροντες accipit: ἔιατο δημογέροντες ἐπὶ Σπαιή-  
σι πόλῃσι; Sedebant populi Seniores in Scaeis portis, populi  
nempe Troiani magnates. Suidae sunt itidem οἱ τὸ δῆμος ἐν-  
τιμώτατοι, qui in populo honoratissimi; Eustathio ἡγήτορες  
τρώων, primates Troianorum. Vnde apud eundem Home-  
rum, Iliad. δ. & Odyss. v. γερύσιος ἕνω, uinum Senatorium,  
& δαὶς γεράσι, Senatorium conuiuium. Hoc nomine La-  
cedaemoniorum magnates insigniuntur apud Aristotelem,  
Plutarch. in Lyfandro & alias: Optimates in Sparta regibus  
adiunctos Apollo πρεσβυγενέας dixit, Lycurgus autem diserte  
γεροσίων ὠνόμασεν, Senatum adpellauit. Samiorum magnates  
ita dicti, de quibus uid. Iamblich. de Vita Pythagorae l. 1.  
c. 5. De Alexandrinis in Aegypto, aliisque multa recenset  
Selden. de Synedr. V. H. p. 412. sqq. De singulis promiscue  
Veterum gentibus idem testatur πολυματέσθαι Dionys.  
Halicarn. Antiq. Rom. l. 3. καὶ τὰς πρεσβυτέρους καὶ ἀειστας γέ-  
ροντας εἰώθασιν οἱ παλαοὶ καλεῖν; Prisci Presbyteros & Opti-  
mates senes appellare solebant. Arabes in lingua sua Senio-  
rem expriment per الشيخ, Alscheich, quod sonat Senior,  
& accipitur moraliter pro Doctoribus, ciuilitate pro uiris in  
republica aut collegio eminentioribus, & generalim pro ho-  
noratio-



noratoribus. Sic *Auicenna* *إعقب* *الشيخ*, *Senior princeps*, non ob aetatem, sed sapientiam, unde *Ant. Giggaeus*, *Thef. Vol. 2. col. 1237.* ait: *الشيخ* est Epitheton, seu titulus, quo grauiores uiri & praecipue literatiore*s* insi-  
gniu*n*tur, ac respondet Graecorum Presbytero. Vid. *Edward. Pokock. in Anth. Nomenclat. p. 364.* Quod ad Occidentem attinet, res est in propatulo. De Latinis Vid. *Selden. de Syn. V. H. p. 416. Sigon. de Antiq. Iur. Ciu. Rom. l. 2. c. 1. & Rosin. in Antiq. Rom. l. 7. c. 5.* Inde quoque *Areopagus*, aliaeque Atheniensium curiae ac *βελα* Senatus dici solitae. Vid. *Sigon. de Rep. Atheniens. l. 2. c. 3.* Ritus ad Gallos, Italos, Hispanos, Germanos, alios transit. Eundem in modum Christiani Veteres habebant *πρεσβυτέρως*, *Seniores*, *Act. 11. 30. XIV. 23. Tit. 1. 5. & c. Act. 20. 17. Iac. 5. 14.* quibus praeficiebantur *ἐπίσκοποι*, ut *זקנים*, s. Senioribus in Israel, erant Iudices Summi, Poenorum *γέρωσι*, s. Senioribus, Suffetes, Graecorum *πρεσβυτέροις ἀρχιπρεσβύτεροι*, Romanorum Senatoribus Consules ordinati. Consuetudo igitur illa ab Oriente, & Hebraeis in Occidentem uenit. Atque sic omnes inter, quinam inde ab Abrahamo, temporibusque subsecutis *זקני*, *πρεσβύτεροι*, *γέροντες*, fuerint, ex quo capite Synedrium Talmudicis *שיבה*, hoc est, *Senioratus*, uel *Senatus*, dictum, & quid sibi uelit in Actibus: *πᾶσα ἡ γερουσία Ἰσραήλ*, totus *Senatus Israel*, uel, ut *Syrus*, *Arabs*, *Vulgatus*, alii uertunt, omnes *Presbyteri*, seu *Seniores*, satis constat. Breuiter ut dicam, intelliguntur in gente Iudaica nobilissimi non aetate, non καθ' ἡλικίαν spectati, sed doctrina, sapientia, dignitate excellentes, *1. Maccab. 14. 20. VII. 25.* quales in Synedrio M. locum occupare poterant. Vid. *Camero in Myroth. Euang. ad Matth. 26. 3. Grotius ad h. l. Bynaeus de M. C. l. 1. c. 2. p. 115. Dougt Anal. S. ad Ruth. 4. 1. p. 125.*

§. 8. Restat, ut de Graecorum *ὑπηρέτας* & Hebraeorum *שׂוֹטְרֵי* pauca adiciamus, quum eorum in Passionis historia non simplex, sed frequens fiat mentio, praetereaque ministri Assessorum essent publici. Horum V. T. saepe numero



mero meminit, u. c. *Deut.* 1. 15. ubi Hebraeus habet וְשׂוֹטְרִים  
 וְלִשְׂכֵמֵיכֶם, & ministros, apparitores, lictores tribubus ue-  
 stris, & Samaritanus icidem שְׂוֹטְרִים, Schoterim, Graecus  
 uero γεωυαδιστοι αγωγεῖς; Iudaei Germanienses Duitil, Be-  
 dellos, Graecienses רכטרורו, παρδασοει, hoc est, παρδαχες,  
 seu lictores, apparitores, Syrus ܩܘܒܘܫܐ, Scribam, item Arabs  
 كتـاـبـلـا, Scribam, quia Schoterim erant, ex significatione  
 שטר & שטר, quae uoces Talmudistis γεδμυα significant. &  
 ad res forenses pertinent introductores & dispositores contra-  
 ctuum scriptorum, obligationum, codicillorum, scriptarum  
 licium, actionum, controuersiarum, postulationum, aequae  
 ac apud Athenienses εισαγωγῆς, qui actiones forenses ad  
 iudices deferebant, seu (εισαγωγῆς) introducebant, quamuis  
 alii hos cum *Sigon. de R. H. l. 7. c. 7. p. m. 371.* male pro Ma-  
 gistratibus uenditant. Vid. *Iul. Pollux l. 8. c. 9. s. 6.* Ministri  
 illi, acutissimo iudice Seldeno, erant, qui baculo utebantur  
 & flagellis, stantes coram iudicibus & circumstipantes in pla-  
 teis & uicis, iudiciorum, praeiudiciorumque solemnium exe-  
 cutores. Quapropter ad *Deut. 16. 18.* uerba Talmudici intel-  
 ligunt per iudices Magistratus ordinatos in Synedrio, co-  
 ram quibus litigant partes, per Schoterim autem illos, qui  
 cum baculo & loro assistunt iudicibus & circumueunt in fo-  
 ro, plateis atque tabernis, ut rectificent portas & mensuras,  
 & percutiant iniquos ex ore iudicis. In quocunque autem  
 ipsi cernunt prauitatem, eum adducunt Synedrio, ut indi-  
 cetur, & puniatur pro merito malitiae. Vid. *L'Empereur ad  
 Bertram. c. 5. Grot. ad Ios. 8. 33. Conring. de Rep. Hebr. s. 27.  
 Lightf. Hor. Hebr. ad Matth. 5. 25. Carpzou. ad Schickard. de  
 I. R. H. c. 4. theor. 14. Goodw. Mos. & Aar. l. 5. c. 3. Lund.  
 l. c. p. 483. Pfeiffer. Antiq. Hebr. p. 119. Selden. de Syn. V. H.  
 l. 2. c. 5. p. 643. & 646.*

s. 9. Locus *Deut. 16. 18.* cum primis diuersimode transfertur,  
 quae uersiones tamen ab se inuicem, ut apparet, distinctae u-  
 num hominum genus designare possunt. Graecis uocantur

γεωμ-



γραμματέσι δ' αγωγέσι, quod nomen praecipuam Schoterim functionem non ineleganter subinuoluit. Erant enim reuera contractuum scriptorum &c. τὸν γραμματέων, introductores & εισαγωγέσι, ut interdum Graecis ἀπλῶς dicuntur. Chaldaeus substituit uocabulum פּררענין & סרכין, uindices, hoc est, executores, qui baculo & flagello delinquentes castigarent. Syrus, Arabs, Samaritanus: Scribae, nempe contractuum &c. Graecientes Iudaei, nec male, transferunt רכטרורוּ, ἰαβδωφόρος, uirga ferentes, qui cum baculo & flagellis discurrebant; Germanienses Iudaei בויתרן, Bueteleu. Seldenus Pedellos uocat f. Bedellos. Iudices enim prodeuntes in publicum κατὰ πόδα sequebantur, eorundemque uestigiis inhaerebant, ut in ciuitatibus hodie & in Academiis ministri Magistratum sequuntur. Iosepho dicuntur ὑπηρέται, lib. 4. Antiq. c. 8. quo significatu Spiritus ueritatis cum Scriptoribus Graecis, Esch. Xenoph. &c. ipse, fumit, Ioh. 7. 45. & 32. Mt. 5. 25. Marc. 14. 65. ὑπηρέτης autem ab ἑρέσω, siue ἐρέτω, remigo, proprie denotat remigum genus inferius, unde ὑπηρέσιον & ὑπηρέτησιον, tabula, cui infidebant ἐρέσαντες, pellis, aut aliud quidpiam, quod remiges sibi substernebant. Sicut enim ὑποδιδάσκαλος est praceptor, qui alii subest: Ita ὑπηρέτης quoque dicitur, qui ἑρέτη, uel ordinis, uel directionis & dominii intuitu, subiicitur. Fuerunt igitur ὑπηρέται inter nautas infimae fortis homines. Postea μεταφορικῶς ad omnes illos, in quos periculosum & aerumnosum munus conuicitur, Veteres accommodant. Sic antiquis Graecis Sacerdotes sonant ὑπηρέται, subministratores, & ministri militares ὑπηρέται. LXX. Senibus idem sunt ὑπηρέται, quod Hebraeis עבדיו, Serui, seu ministri regii, Prou. 14. & alias. Apud Graecos feruis, siue ministris magistratus publicis, competit. Omnes enim illi homines, nemine excepto, munere funguntur aerumnoso & periculoso. Vid. Pfeiffer. Antiq. Graec. l. 3. c. 35. p. 589. & l. 1. c. 27. p. 49. ii. l. 3. c. 4. p. 489. Hammond. cum Annot. Cler. p. 43. fatis bene: Vox ὑπηρέτης, minister, seu lictor, quae eodem sensu Io. 18. 3. occurrit,



currit, alio rursus usurpatur Luc. 4. 20. ex cuius loci collatione adparebit, eosdem homines, qui in Synedriis, s. in iudicium Confessoris, erant adparitores, uel lictores, fuisse etiam in Synagoga loco Diaconorum ad ministrandum, ad adferendum, uel auferendum librum legis &c. Sic ipsa uox δίακονος, apud Mt. 22. 13. significat eos Magistratum ministros, qui homines in carcerem ducebant, quod licitorum, s. uiatorum, erat officium. Pro uoce ὑπηρέτης est apud Luc. 12. 58. περὶ ἡμῶν, i. e. licitor, qui exsequitur sententiam a iudicium confesso pronuntiatam. D. Paulus eleganter admodum aerumnosum uerbi diuini ministrorum statum, eorundemque miserias depingit, quando illos, 1. Tim. 3. 1. per metaphoram uocat ὑπηρέτας. Ecclesia enim militaris sub nauigationis perpetuae simulacro quam conuenientissime repraesentatur, ubi directores & remiges, uerbi diuini ministri, quasi tabulis insident, in quibus maximis periculis & aerumnis plurimis expofiti sunt. Vid. Beza ad Mt. 5. 25. p. 18. Romanis itidem lictores usitati erant, qui Consules, Praetores, Dictatorem in publicum prodeuntes uel praecedebant, uel sequebantur, toga, uel fago amicti, cum fascibus & securibus. Vid. Rosin. Antiq. Rom. l. 7. c. ult. & Kipping. Antiq. l. 2. c. 4. Denique res cedro digna, quando piger Prou. 6. 7. ablegatur ad formicam, quae prompte facit *קרייה*, uiam suam, id est, commercium, Handel und Wandel, negotiationem, nec opus habet *שוש*, eiusmodi *παρδοσχορ* seu *παρδοσχορ*, quales Graecis dicebantur bacillum ferentes &c. Act. 16. 35. & ap. Plutarch. Polyb. alios. Steph. Thes. T. 3. p. 660. ἐργονόμος, iuxta LXX. Senes ἀναυδζονί, & Arabem: illo, qui cogat eam, aut more Schoterim uirgis percutiat, aut cum baculo & flagellis ad labores adigat. Ex quo illud relinquitur, abiectissimos saepe numero uermiculos instar Doctorum nobis esse oportere, qui homines calliditate, astutia, diligentia &c. non infrequenter, suo modo, superant.

S. 10. Quoniam Seruator praedixit discipulis: Παροδωσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, & Scriptura praeter Synedrium M. de quo



quo supra factis dictum, aliorum confessuum inferiorum mementit; Pro instituti nostri ratione illos examinabimus. Eiusmodi Synedria duo Hierosolymis erant. Vnum confedit in monte supra portam inferiorem Templi, alterum supra portam Nicanoris. Tales confessus iudicarii singulis in ciuitatibus, quae 120. familias numerare poterant, ordinati fuerunt. *Maimon. Sanh. c. 1. n. 3. עיר שאין בה מכה* עיר שאין בה מכה: *In urbe, in qua non sunt 120. patresfamilias, constituunt tres iudices.* Constitit Synedrium medium e 23. Assessoribus, ex ordine Sacerdotali, Leuitico & populi Senioribus selectis. Praeterea oppidulis & vicis minima quoque Synedria fuerunt constituta, *סנהדרין קטנה*, *Synedrium minus*, cui tres erant iudices praefecti. Omnes hi confessus pariter utriusque iuris, tam ciuilibus, quam ecclesiastici, exercitium habebant, praeterquam quod res arduae, maximique momenti in Synedrio tantum Magno peragerentur, leuidensibus Mediis, uel Minimo relictis. *Vid. Gen. 23. 10. Deut. 16. 18. XVII. 5. 8. XXI. 19. Ruth. 4. 1. Hiob 31. 21. Ps. 127. 5. Prou. 14. 19. XXII. 22. XXIV. 7. Es. 29. 21. Ier. 26. 10. Thren. 5. 14. Amos V. 10. 12. 15. Zach. 8. 16. &c.* Hebraeis erant, ex communi tantum non omnium sententia, dicasteria huiuscemodi sub dio, ut Romanis, teste *Valer. Maximo l. 8. c. 1. tit. 8. & Dempstero ad Rosin. Antiq. Rom. p. 725.* quod Heuaeis etiam in usu, *Gen. 34. 20.* In primis in portis urbium. Quanquam ceteroquin ad *Lightfooti* sententiam accedo, qui non in ipso portae introitu, sed in aliquo conclauis supra uel prope eam, ut in monte Templi supra portam Nicanoris fuisse, existimat, *Lightf. de Templi Hieros. p. 604. & Carol. Sigonius de Rep. Hebr. l. 6. c. 6.* Extractum uero publico in loco uidetur propterea, ut iustum semper & aequum ob Assessorum oculos uerfaretur, & quod iniustum, iudices sedulo auerfarentur, ut omnia, adstantibus singulis, testimonium de iusto iudicio publice perhibentibus, in omnium conspectu, diiudicarentur, & quilibet publica frui defensione posset. *Vid. Pfeiffer. Antiq. Hebr. p. 98. & Lund. l. 3. c. 18. p. 482.* Erat utique in portis certus & de-



terminatus locus, ubi iudices pro more sedebant. Exemplum, 1. Reg. 22. 10. Achabi & Iosaphati illustre est, qui sedent בגור in area, auf dem Platz für der Thür, am Thor Samariae, ad quem locum R. D. Kimchius addit glossema: עגולר: נורן כרצי Velut dimidium rotundae areae, ut unus posset contueri alium; Atque sic Iosaphatus & Achabus cum toto Collegio quasi in Semi-circulum confederunt, quod in medio tamen recte relinquit Pfeiffer. Antiq. Hebr. p. 99. In loco iudicii ponebantur fedilia & regibus throni. Vnde 2. Sam. 15. 2. Abfalon iuxta Rabbag sedet על יד דרך השער, ad semitam viae portae, & iuxta LXX. Senes & Ionath. qui κατά πόδα fontes secuti; Αἱ χεῖρα τῆς ὁδοῦ τῆς πόλεως, תרעה אורח נכש על. Existimant quidem aliqui, portam sumi συνελοχικῶς, pro ipsa urbe, quo sensu quandoque accipiunt Talmudistae & Onkelos, Deut. 16. In omnibus ciuitatibus tuis; item Ionathan: In omnibus ciuitatibus uestris. Syrus: כולן סמוך סמוך, in omnibus urbibus: Samaritanus: שמינין שמינין, in omnibus ciuitatibus, Arabs: كل مدينة من مدنهم, in omnibus habitationibus: Iudaei Hispanienses apud Seldenum: אין טוראש טוש סיכרדיס, en todas tus ciuitades: Item Graecienses: אוש אורו טא קשטרישו, εἰς ὅλα τὰ κάστισο, in omnibus urbibus; LXX. Senes; Ἐν πάσαις αἰς πόλεσί σα. Atenimue-ro, quanquam שער per Synecdochen urbem significare possit, hoc tamen loco pro portis tucius accipitur. Ita legunt Vulgatus: In omnibus portis tuis: Iudaei Germanienses: אין טארן ריינן טורן, ein deinen Toren: D. Lutherus: In deinen Thoren. Versio Tawasiana Persica در دره های تو, in omnibus portis tuis, & Arabica Romae cum Vulgato edita: In omnibus portis tuis. Consonant Talmudici, Antiquitatum peritissimi, & ueteres & recentiores, Scriptores tam Graeci, quam Romani. Immo plurima e citatis loca id clarissime loquuntur, u. c. Deut. 21. 19. ad seniores ciuitatis illius & ad שער, PORTAM, loci illius. Absurdum, si quis ita interpretaretur: AD SENIORES VRBIS ILLIVS ET AD VRBEM LOCI ILLIVS. Si Magistris habenda



habenda fides, sedebant in circulo, uel area semi-circulari, ad imaginem Synedrii M. quod, cum Scriptura taceat, suo loco relinquimus. Aderant *expectantes*, siue *Candidati*, non e numero iudicum, neque sedentes in scamnis, aut sellis iudiciariis, sed peculiaribus Sedilibus insidentes admodum submissis, uersus terram declinatis. In iudicio ipsis nullus locus, nullum uota dandi ius, praeterquam quod quandoque absentibus ordinariis Affessoribus, in rebus arduis, si nimirum, uti diximus, ordinarius iudicum numerus non esset completus, confulerentur. Vid. *Lightf. Hor. Hebr. ad Luc. 10. 25.* Virgas, s. baculum, Seruatoris aetate gessisse, illamque ad caeremoniam *Es. 9. 4.* alludi nonnulli putant, quamuis ceteroquin ipse textus longe aliud eloquatur. Postmodum illis שופרות, *cornua*, s. musica instrumenta ex cornu, Antiquitatum periti assignant, quibus fuissent usi in execratione, qualem hodie Bannum & excommunicationem uocant. Item quando maledictus & excommunicatus in libertatem & pristina restitutus fuisset priuilegia. Insignia sunt instrumenta מצוצרות, ex argento buccinae ductiles, quibus conuocabatur plebs ad concionem, aut princeps ad consultandum de Republ. quibus etiam dabatur signum castra mouendi. *Schindler. Lex. Pentagl. p. 640.* Cum clangebant ambae, inquit, conuocabatur plebs: Cum una tantum, principes: Cum uero essent mouenda castra, clangebatur cum uociferatione, quod motio castrorum belli indicium esset. *Num. 10. 2. Ioseph. A. I. l. 2. c. 11.* γίνονται δὲ δύο, καὶ τῆ μὲν ἑτέρα πρὸς παρακλήσιν καὶ συλλογὴν ἐχρῶνται τῆ πλήθους πρὸς τὰς ἐκκλησίας, καὶ μίαν μὲν ἐπισήμαντος, ἔδει τὰς ἀρχαὶ συναλεθεῖν συμβουλεύσας περὶ τῶν οὐκείων. ἑκατέρωθεν δὲ - - Duas, (tubas fecit,) quarum una plebs ad concionem uocabatur, altera principes ad consultandum de Republ. exciebantur: Vtrisque uero clangentibus, uniuersus populus conuocabatur. De his instrumentis Musicis uid. *Kircher. in Musurg. Vniu. t. 1. l. 2. c. 4. p. 47. sqq. Sennert. Diss. de Musica Hebr. Dieter. in Antiq. Bibl. P. I. p. 349. Lightfoot. Hor. Hebr. ad Mt. 6. 2. Buxt. Lex. Talm. in שופר, Lund. Jüd. Heiligth. l. 3. c. 47. p. 651.*



p. 651. R. Abr. Aria Mutinensis in libro חֲבִירֵי הַנְּחִישׁ, c. 4. alii. Habebant denique scuticas, quibus contra legem delinquentes castigarentur. Vid. Carpzou. ad Schickard. de Iur. Reg. Hebr. c. 2. theor. 7. num. i. p. 143.

§. II. Synedrium M. conuenit εν αυλη τῃ ἀρχιερέως. Nam tum Synedrium e Lifchkath Gazith iam emigrauerat in tabernas, & e tabernis in urbem sanctam. Summus uero Sacerdos conuocandi ius, όλον συνεδριον, quorfum uellet, habuit: At, cum Praefes esset, congregabantur συνεδροι ordinarie εν αυλη ἀρχιερέως, in aula S. Sacerdotis. 'αυλη, inquit Budaeus, apud Athenaeum pro triclinio praegrandi, id est, occo, in quo nuptiae in regia celebrantur. Hodie salam dicimus. Legimus etiam apud Athen. αυλας, fuisse uocatas basce domos, uel quod ante illas essent amplā loca subdiualia, uel quod sarellites illis solerent παραυλιζεσθαι. Hoc ut ulterius probent, ad auctoritatem Menandri, Diphili & Polybii prouocant. αυλη, quantum quidem ego iudicare possum, Veteribus locus apertus erat sub dio. ubi greges, oues, caprae, aliaque minora animalia, ut ex Maeonio constat uate, noctu in agris a pastoribus includebantur, septis idcirco ad custodiendum gregem structis, ex more perantiquo etiamnum usitato, quem uocant pastores einpferschen, die Schaffe in die Hürden, oder, ut antiqui Germani aiebant, in die Hurten bringen. Num. 32. 24. Iud. 5. 16. 2. Par. 32. 28. Es. 13. 20. Luc. 2. 8. ubi uersio N. T. uulgata τὸ ἀγροαυλῆτες transtulit; ἐμείνασιν ἔξω εἰς τὰ χωράδια, manserunt extra in agris. Ἀγροαυλῆν enim dicitur παρὰ τὸ ἐν ἀγροῖς αὐλιζεσθαι, uitam in agris subdio degere, quod Aristoteles dixit θυραυλῆν. Syrus interpres quando uertit:  $\text{חֲבִירֵי הַנְּחִישׁ}$   $\text{חֲבִירֵי הַנְּחִישׁ}$ , qui manentes erant illic, h. e. commemorantes ibi tanquam in diuersorio, uim Graeci uerbi penetrare uoluit, id quod inter omnes accuratissime fecit Arabs: Pascens in agris & uigilans. Germani dicerent: Sie hatten die Hürden aufgeschlagen auf dem Felde und hüteten des Nachts. 1c. Hesych. αὐλιζομαι, μένω, ἐν- διαρ. 32. Scholiast. Hom. ad Iliad. κ. uers. 155. p. u. 521. ψ. u. 684. Hesiod. Θωγ. uers. 26. Ἀγροαυλοὶ οἱ ἐν ἀγρῷ αὐλιζόμενοι.

Ἀγροαυ



ἀγροῦ ἀνῆς, igitur Homero & Hesiodo sunt ποιμένες ἀγροῦλοι, ὅς  
 ἐν ἀγρῷ νυκτερεύουτες. Vnde ἀλισμός Hesychio est διανυκτε-  
 ρεῦσις, pernoctatio. Vid. Sirac. 14. 26. ὑπὸ τῆς κλάδος αὐτῆς  
 ἀυλιθῆσαι, sub ramis eius morabitur; XXIV. n. Casaub. Ex.  
 2. contra Baron. Num. 14. p. 156. Hac praesertim ex causa  
 Bynaëus ἀυλὴν τὴν ἐξωθεῖν, Apoc. 11. 2. exponit per spatium  
 extra templum, quod tecto nullo tegitur, Hebraeisque צמח  
 uocant, LXX. Senes autem ἀυλὴν, & Philo de Vita Mos. l. 3.  
 τὸ ὑπαίθερον ἀυλὴν dicunt. Athenaeus ab αἶω deriuat, ut sit  
 locus apertus, & uacuus sub dio, qui auentis perfletur. Vn-  
 de ἀυλὴ, aula, regia, palatium κατ' ἐξοχὴν, Fürsten-Hoff und  
 Königlichlicher Pallast, δια τὸ ἐκεῖ παραυλίξεισθαι, ἢ παρακοιμᾶ-  
 σθαι τὰς δορυφόρους τοῖς βασιλευσσι, quod ibi satellites regii ex-  
 cubent, & somnum capiant. Vid. Luc. 11. 21. Huiusmodi pa-  
 latia Athenis & Romae plurima extabant, domibus praemisssa,  
 quemadmodum nec Hebraeis insolita fuerunt. Sic legimus  
 de aula Pilati, Marc. 15. 16. item de aula Asmonaeorum, cui-  
 us Iosephus meminit, ac in primis de Atrio, uel palatio Cai-  
 iaphae; quo συνέδροι ad consultandum de morte Christi con-  
 currebant, non quidem sub dio, sed haud dubie in concla-  
 uibus hunc in finem illic extructis. Bynaëus, Cocceius & Sa-  
 gittar. ἀυλὴν proprie esse צמח, locum subdiualem, sed postea  
 obtinuisse, ut βασιλεια, s. regiae ἀυλας adpellatae fuissent,  
 quomodo nobis aula, Hoff κατ' ἐξοχὴν, ἀπλῶς & simplici-  
 ter posita sit palatium principum, aut magnatum; Atque sic,  
 ἀυλὴν domum ipsam significare Caiaphae, opinantur. At-  
 enim uero in atrio, ac in specie in tabernis ad id extructis,  
 conuenisse, uero similis est. De cetero uocabulum ἀυλὴ  
 plures significatus admittit. Tali nomine Graecis ἰδίως ad-  
 pellabatur interior domus, ubi foeminae conclusae diuerte-  
 rentur, diuersa a προαυλίῳ, aula anteriore. Lucianus uocat  
 ἀυλειον. Vid. Casaubon. ad Athen. Pollux. Onom. l. 1. c. 8.  
 Stob. Serm. 72. & Pfeiffer. Antiq. Graec. l. 2. c. 53. p. 351.  
 Graeu. in Lect. Hesiod. c. 16.

§. 12. Congregationes illas, quibus princeps Sacerdotum  
 & praefecti, cum Scribis ac Phariseis, intererant, Sanhedrin  
 fuisse,



fuisse, supra audiuimus. Id saltem nos mirari oportet, quod doctissimus Sagittarius P. I. c. 8. p. 61. sq. adiicit: *Nonnulli tamen ea propter dubitant, plenum M. Synedrii confessum fuisse, quod Senatores conuenerint in Basilica magna, quae conclaue Gazith appellabatur, siue in conclauis caeso lapide; sed ἐν αὐτῇ ἀρχιερέως* - Et sane, quia sua consilia maxime occulta esse uoluerunt, ideo potius in Pontificis aedibus, quam in publico Templi loco suum confessum habuisse, uerisimile est. Ab quo non multum abit D. Gerhardus, H. E. c. 167. p. 678. & Vossius, qui de congregatione illa scribere non ueretur: *Difficile dictu, an Synedrium fuerit.* Nam quando recurrimus ad ea, quae iam exposita sunt de Sanhedrin migratione ex Lifchkat Hagazith in tabernas & e tabernis in uaria urbis loca, difficultas, quae subnasci inde poterat, omnis expirat & facile tollitur.

§. 13. τὸ συνήχθησαν subinuoluit coitionem, quae fit consilii capiendi causa, & non multum abluat a uoce συναβγαλέσαντο, Iob. II. 47. Act. 4. 5. Est enim συνάγειν εἰς ἓν, in unum colligere, iuxta Demosthenem, συνάγειν, concludere, ratiocinari. Steph. Thes. T. I. p. 87. in concilio coire. Coniunctim uero in unum congregati consilia ineunt, ut adimpleretur id, quod dictum per Prophetam, Ps. 2. 2. יחדו נוסרו, fundati sunt una, uel: *Ardua de re concilium egerunt una.* Chaldaeus expresse כחרו יחדו, associati sunt in unum, siue una; & LXX. Senes; Συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, non frustra, sed ut agerent de סור, arcano, re priuatos intra parietes clanculum tractanda. Illi enim ὑπαρχοὶ & ἀρχοντες Act. 4. sunt רוחנים, ἄριστοι, Aesiores Synedrii, qui, ut uates canit, נוסרו, fundati sunt. Est autem Metaphora, quod proceres fundamenta Reipublicae & consilia eorum fundamenta actionum. Praeterea uiri doctissimi obseruant, quod οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τῷ λαῷ συνήχθησαν, congregati fuerint, eo ipso tempore, quo Christus discipulis mortem proxime futuram annunciauit his uerbis; Ὅρατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας πάσχα γενέσθαι &c. ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεισεν ὁ Ἰησοῦς &c. factum est, cum Iesus absoluisset &c. quod e particula τότε, nec male, coniciunt. Vid. Bynaeus de



de M. C. p. 131. Ad illud  $\kappa\epsilon\gamma\epsilon\upsilon\sigma\iota\omicron$  insimul norant, Graecis imitari morem loquendi Hebraeorum, qui cum nouum quid auspiciantur, ויהי ד, & fuit, siue & factum est, praemittunt. Sic legimus sub initium Iosuae, ubi prima statim uocula ויהי, & factum est, uidelicet postea, cum mortuus esset Moses. Similiter Gen. 4. 1. ויהי מקץ ימים, & factum est in fine dierum; & in libro Ruthae: ויהי כימי, & factum est in diebus &c. Huic igitur ויהי non ineleganter responderet Graecum  $\kappa\epsilon\gamma\epsilon\upsilon\sigma\iota\omicron$ , Matth. 7. 28. XI. 1. XIII. 53. XIX. 1. & hoc loco, quo Euangelista hebraizat, uid. *Vorsius apud Bynaeum de M. C. l. 1. c. 1. p. 9.* Denique, festi tum huius, tum reliquorum, diem omnes nosse poterant. Nam in moribus olim positum, ut scribae embolismos, siue intercalationes, annorum ac mensium principia, diesque festiuitatibus solemnes, tabulae inscriberent, eamque suspenderent de foribus Synedrui. Vnde *Chaldaeus Paraphrastes ad Cant. VI. 4.* ספרין מלון חוכמתא כפרקטנין דמא ורדעין לממני חושבני עכורין ומעבורין שנין וקבעין רישי ירחין ורישי חושבני: Scribae tui pleni sunt sapientia, sicut piscinae aquarum, & sciunt constituere rationes embolismorum, & intercalant annos, & signant principia mensium & annorum in porta domus Synedrui. In primis Pascha, quotannis fixo die celebrandum, non poterat non esse notum, quare Seruator dicit, *ὀδάρῃ, scitis, quod post biduum Pascha sit.*

§. 14. In Congregatione illa Synedrui tulit sententiam; *Μὴ ἐν τῇ ἐορτῇ, ἢ αὐτῇ ἡμέρῃ γένηται ἐν τῷ λαῷ, non in die festo, ne tumultus fiat in populo. Matth. 26. 5.* Per festum intelligitur imminens Pascha, non primus tantum dies, qui Syro est dies congregationis, quia die primo & septimo erat *מקרא קדש, conuocatio sancta*, quod placuit quibusdam, uid. *Petrus Keuchenius in Annotat. in Matth. 26. 4. 5.* Neque agnus paschalis; Sed *μῆνοσπονμῶς* tempus, totum illud spatium a mactatione agni ad finem Azymorum, ut habent ree *Bynaeus l. c. p. 144. Grotius ad Matth. 26. 5. Gerhardus in Harm. Euang. c. 167. & Lightfoot. Hor. Hebr. ad Ioh. 3. 1.*

Tria



Tria uero festa solemnia, nempe *הג המצות*, *festum Azy-  
morum*, *הג השבועות*, *festum hebdomadum*, & *הג הסוכות*,  
*festum Tabernaculorum*, *ἑξοχαῖς* hoc gaudent nomine, ob  
maximam solemnitatem. Hinc Lutherus illud *ἑορτάζειν*, 1.  
Cor. 5. 8. neruose transtulit: *Lasset uns Ostern halten*, Certe  
*τὸ ἑορτάζειν* elegantius & conuenientius uix reddi posset, quam  
perpetuum Pascha celebrare, continuis in gaudiis Paschali-  
bes uiuere, id quod Textus circumstantiis accuratissime  
respondet. Vetus obtinuit mos, teste *Maimonide de Re-  
bellibus*, ut huiusmodi refragator & laesae maiestatis sacer-  
dotalis & iudiciariae reus non plesteretur, nisi sub tribus festi-  
s. Tum enim populus uniuersus concurrebat ex omni-  
bus tribubus. *Hammond. in Matth. 26. 2.* Vnde *Talmudici*,  
olim peccatores pessimae notae, praesertim sacrorum uio-  
latores, sub diebus festis dedisse poenas, tradunt, ut homi-  
nes turmatim confluentes haberent *παράδειγμα*, ut Graeci  
dicuntur, exempla ad peccatorum euitationem exposita,  
quo trahunt illud *Deut. 17. 13.* Et torus populus audiet,  
& timebunt, neque amplius praefracste agent. Vid.  
*Sanhedr. c. 10. §. 4.* *Selden. de Syn. V. H. L. 3. c. 3. §. 7.* *Drus.*  
*ad Matth. 26. 2.* & *Fagius ad Deut. 17. 12.* Ob rumultus uero  
metum, qui isto tempore, teste *Iosepho*, non infrequens, in  
primis, quod Iudaeis non pauci Christum regem & Pro-  
phetam uenerabantur, nolunt eum interficere sub die-  
bus festi. Vid. *Grotius ad Matth. 26. 5.* Sed cum auspici-  
sima sese offerret occasio, praeter opinionem, diri-  
gente ita Deo, consilia mutant. Ceterum non una, sed  
iterata, immo pluribus uicibus, Synedrium conuocarunt. Ini-  
tium, ut *ἀπλῶς* ac in genere consilia de Morte Christi caperent,  
dass sie ihn tödteten, deinceps ut de supplicio sigillatim con-  
sultarent, quomodo e medio tollerent, & quales circumstan-  
tiae circa supplicium illud praecise essent attendendae,  
wie sie ihn tödten möchten.



Th: 780

ULB Halle 3  
002 500 698



Sb.

KO 17  
D

n. C.











*Q. D. B. V*  
DISSERTATIO II.  
**OBSERVATIONVM**  
**CRITICO-PASSIONALIVM**  
**SYNEDRIA**

QVAE DIEBVS SERVATORIS EXTITERVNT  
EX ANTIQVITATE MAXIME IVDAICA ET  
FORMVLIS VETERVM IN PRIMIS HEBRAEORVM  
SIGILLATIM EXAMINANS

QVAM  
INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE  
INDVLTV

IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA  
DIE AVG. M. DCC. XX.

PLACIDAE ERVDITORVM *συζητήσεις*

SVBMITTIT  
PRAESES

**SAMVEL FRIDER. BVCHERVS**

AA. ET PHIL. MAG.

ET  
RESPONDENS

**SIGISMVND. TOBIAS Herold**

SCHOENBERG. LVSAT. SS. TH. STVD.

VITEMBERGAE

LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, ACAD. TYP.

